



**DN. DVRANDI|| à Sancto Portiano, in Senten=||tias  
Theologicas Petri Lombardi|| Commentariorum libri||  
quatuor.||**

**Durandus <de Sancto Porciano>**

**Antverpiæ, 1567**

Quæsstio secunda. Vtrum angeli proficiant in cognitione per mutuam  
locutionem.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72607](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-72607)

Lib. II. Distinctio. XI.

indigent praedicta custodia, quia quanvis hoc sit verum, tamen quia pro situ statu puer est aliquo modo unum cum matre saltem quandam colligationem, sicut fructus pendens in arbore est aliquid arboris, ideo eundem angelum custodem quem habet mater.

9 A D Primum argumentum dicendum quod custodia hominum per angelos non superfluit, quanvis homines custodiuntur per deum, quia neutra custodia cogit libe. arb. hominis, nec necessitas quis posset inclinari liberè ad bonum & ad malum, sed solum adiuuat interiori fugitione, & remotione impedimentorum quae sive sunt per deum, sive per angelum tanto apparebit iustior damnatio reproborum qui tot beneficiis abusi fuerint, & talus iustiorum gloriiosius deo attribuetur, qui tot adiutoris sa. iutem hominum procurat.

10 A D Secundum dicendum, quod beneficia quae dantur homini inquantum est Christianus incipiunt a tempore baptismi. Et ea quae dantur homini inquantum habet natum rationalem quae est capax beatitudinis exhibentur ei, ex quo talem naturam nascendo accipiunt, sive per nativitatem in utero, sive per nativitatem ex utero. Sed differenter, quia puer in utero talia beneficia recipit cum matre communia, sed nascendo ex utero habet ea sibi propria. tale autem beneficium est custodia angelorum, unde quanvis a baptismi incipiatur homo habere regulariter gratiam quae est principium merendi salutem, tamen sola natura humana ante baptismum talis est creata quae potest esse particeps salutis: unde omnibus hominibus bonis & malis, electis & reprobus predicta custodia non negatur.

11 Ad tertium dicendum quod quanvis Christus fuit beatus secundum superiori partem rationis, & quantum ad hoc non indigenter custodia angelorum, tamen fuit secundum corpus passibilis & viator, & sic habuit angelum custodem, non tanquam superiori, sed tanquam ministrum.

Q V E S T I O S E C V N D A.  
Vtrum angeli proficiant in cognitione per mutuam locutionem.

The. 1. q. 107. a. 1.

D einde queritur, vtrum angeli proficiant in cognitione one per mutuam locutionem. Et videatur quod non, quia omnis locutio videtur fieri per verba quae seruunt auditum, vel per nutus, seu facta quae deferuntur visui: hi enim duo sunt sensus disciplinabiles (vt dicitur libro de sensu & sensato.) Sed nihil tale potest esse in angelis cum sint incorporei in se, nec ex corporalibus cognitione accipiunt, ergo &c.

2 IN CONTRARIUM est scriptura quae intro ducit angelos sibi mutuo loquentes Zach. 2. Alius angelus egrediebatur in occursum eius (scilicet prioris angelij) & dicit ad eum, curre & loquere ad puerum istum.

3 R E S P O N S I O. Locutionem esse inter angelos oes doctores theologia concedunt: sed difficile est istius locutionis assignare modum: Quidam enim dicit quod sicut in nobis est aliquid quod unus homo de alio naturaliter percipere potest, vt ea quae exterioribus sensibus subiacent. Aliquid vero quod secundum se percipi non potest sicut interiores conceptus mentis. Et hi innotescunt per signa extrinsecus appetita quae sunt nutus vel verba interdantibus quibus fit locutio. Sic in angelis est aliquid quod unus in alio naturaliter videre potest, aliquid vero quod videri non potest, sicut motus voluntatis eius, videtur autem ab alio angelo prout ordinatur ad id quod est naturaliter cognitum in eo. Ex hac enim ordinatione illud naturaliter cognitum efficitur significativum interioris conceptus vel motus. Et talis expressio vocatur locutio, & virtus exprimendi vocatur lingua angelii.

4 Itud autem non videtur sufficere dictum, quia illa signa quae unus angelus cognoscit naturaliter in alio, aut sunt significativa naturaliter, vel ex institutione, sive ad placitum. Primum non potest dici (scilicet quod sunt significativa naturaliter) quia ea quae significant naturaliter ostendunt solum naturales animi passiones, seu affectiones, sicut gemitus infirmitatum, dolorem, & sic de aliis. Naturales autem morus voluntatis vnius angelii quilibet angelus cognoscit sine signo, multo plenus quam quicunque

Q u e s t i o . II.

152

medicus infirmitatem corporis, eo quod quilibet angelus plene nouit naturam alterius, & per consequens affectiones naturales: & ideo ad hanc demonstranda non oportet esse aliqua signa. Item per signa naturalia non fit propriè locatio ut magis patebit, & de se facit est manifestum, non enim dicimus infirmum gementem esse loquentem. Item nec huiusmodi signa sunt significativa ad placitum, quia quae cuncte sunt naturaliter in angelo sunt in eo invariabiliter & immutabiliter. Si enim in corporibus celestibus non est variatio, nisi secundum motum localem, nulla autem secundum formam substantiale, vel accidentalem naturaliter inherentem (quod dico propter lumen quod variabiliter luna a sole recipit, quia a se naturaliter non habet) multo fortius in angelis nulla est variatio, nulla mutatione quo ad ea quae sunt naturaliter insunt. Si igitur per talia fieret angelorum locutio, semper loqueretur, & de eisdem, cum semper in eis sint eadem signa. signum enim quadratum est representare illud cuius est signum. hoc autem est inconveniens & contra rationem locutionis quae fit per signa que significant ad placitum, sive ex institutione, quia talia sunt in potestate loquentis ut sint, ut pater in nutibus & verbis, & loquens per ea potest loqui vel non loqui. Item locutionem quae est per signa que significant ex institutione, nullus intelligit, nisi ille qui nouit ad quid significandum signum illud imponitum est, sicut puer latinus non intelligit locutionem per verba greca, nec con trario, ergo si signa per quae loquitur angelus angelum significant ad placitum, oportet angelos sibi inuicem loquentes scire prius ad quid significandum illa signa sunt impedita vel infinita: & si illa institutione facta est per unum angelum sicutque innotebet hoc aliis, non appareat. Quia si per locutionem, tunc locutio precedet signa per quae fit, quod est inconveniens.

5 Nec possimus fingere in angelis illud quod est in hominibus, videlicet quod Magister ostendit, vel tradit puer panem, dicente pain. Et sic docet illis quid illa vox significat: non enim sic ostendit angelus alii angelorum rem aliquam applicando signum quod eam significat, hoc enim fingi non potest. Si autem illa institutione fiat concorditer per omnes angelos simul, oportet quod conceptus omnium eorum de tali institutione sit notus omnibus, & sic ante omnem locutionem conceptus vnius angelii erit notus alteri, eadem ratione non oportebit ponere locutionem in angelis, quare predicta opinio non videtur conueniens.

6 Alij dicunt quod angelus loquitur angelo describendo diversas figuratas in celo per applicationem sua virtutis, & per eas posse angelis mutuo exprimere sibi conceptus suos, & sic ad inuicem loqui.

7 Sed illud videtur valde fruolum, quia illa figuratio celorum aut est secundum aliquam alterationem, puta quod celum secundum partem determinatam figuram alteraretur calido vel frigidio, vel alia alteratione, & itud est impossibile, cum celum non sit susceptivum huiusmodi qualitatum, vel intelligeretur ista figuratio per impræcisionem factam in celo, sicut figuratur cera a sigillo, vel sicut figuratur sigillum per incisionem, qua ambo placuum est esse absurdum, aut est per aliquem contactum, aut ergo per contactum quantitatis aut virtutis, per contactum quantitatis sicut dicitur figurari partes secundum imaginationem, per applicationem aliquius corporis triangulatis ad ipsam inquantum corpus triangulare occipat de pariete spaciū sibi equalē, licet in ipso pariete non sit actualis triangulatio, & hoc modo non potest angelus (cum non sit quantum) facere aliquam figuram in celo, oportet ergo quod talis figuratio fieret per contactum virtutis. Ex quo sequetur quod angelus per suam virtutem aliquam figuram reas liter imprimeret celo, quia tangere aliquid tactu virtutis non est aliud quam per virtutem habere aliquem effectum in illo quod dicitur tangi, & dicere oppositum est propriā vocem ignorare, et ergo impossibile in angelum facere aliquam figuram in celo: hoc modo patet quod ille modus loquendi per figuratas tales non est angelo possibilis. Itē & est contra precedentē opinionē pro parte. Si angelus posset tales figuratas facere, aut illas signaret conceptus angelii naturaliter, vel ab institutione. Non naturaliter ut de se patet, sicut nec figura per hominem facta signat naturaliter

com

### Magistri Durandi de

conceptum eius, nec ab institutione, cum talis institutio esset in voluntate angelii facientis figuram. Oportet ergo quod alii angelio prius innoteferet voluntas & propositum instituendi talem figuram ad significandum rem, cuius rei vel conceptus figura esset lignum, quam posset percipere loquitionem factam per talem figuram vel per talem signum, sed illa institutio vel significatio cum esset per liber arbitrio angelii instituentis, non potuit innoteferre alteri angelio nisi per loquitionem, ergo oportet ponere loquitionem praedictem modum loquendi per talem figuram de quo modo est querendum, ut prius.

<sup>8</sup> Alius est modus quem quidam noui doctores ponunt dicentes quod loquitor fit in angelis per verbum mentale, quia angelus manifestat alii angelio unum conceptum per aliud. Quod probant, quia sicut est in verbo vocali, sic in verbo mentali. Sed unum verbum vocale manifestatur per aliud, sicut sciens latinum, & theutonicum scientes, sicut latinum exponit theutonicum per latinum, ergo similiter angelus potest alii angelo exponere unum conceptum per aliud, ut pote unum conceptum indeterminatum & implicitum, & ideo alteri angelo ignotum, per aliud conceptum explicitum & determinatum, & ideo magis notum.

<sup>9</sup> Sed istud nullo modo videtur verum, quia conceptus ignotus non potest manifestari per aliud conceptum ignotum, sicut nec unum verbum vocale ignotum manifestatur per aliud ignotum, ut patet per exemplum eorum. Sed quilibet conceptus angelus de his de quibus est loquitus, est alii angeloi ignotus, vel si unus sit notus & alius erit notus. Ponentes enim hanc opinionem, aut tenent quod unus angelus nouit cogitationes & volitiones alterius, & tunc quilibet conceptus unus angelii est alii angeloi notus, vel tenent quod unus angelus non nouit cogitationes & affectiones alterius, & tunc nullus conceptus unus angelii est alii angeloi notus. Et sic ignotum manifestabitur per ignoriam, quod est impossibile, vel notum manifestabitur per aquenotum quod est frustra, quare &c.

<sup>10</sup> Itē praeclari postiores, aut intendunt quod in angelo sint simili duo conceptus, unus indeterminatus & implicitus, alius determinatus & explicitus, quod esse non potest, quia duo actus intelligendi non possunt simul esse in codice intellectu naturaliter. Aut intendunt quod isti duo conceptus sint successivi in angelo, & tunc mirū est quomodo unus conceptus manifestabitur per aliud. Cōstat autem quod conceptus qui est actu in angelo non potest manifestari per illum conceptum qui non est, quia ille est totaliter ignotus, nec ille qui non est actu in angelo potest manifestari per illum conceptum qui est in eo, quia per loquitionem nullus manifestat, nisi illud quod conceptus ait.

<sup>11</sup> Et iterum si quis conceptus est notus & non alius hoc est, quia magis est explicitus & determinatus, & alius, & ideo magis est aptus ad mouendum aliud angelum ad intelligentiam. Sed illud non valeret, quia alius conceptus potest esse minus explicitus & minus determinatus quam alius dupliciter, uno modo exruditate & ignorantia concipientis, sicut sunt aliqui homines rudes, qui nec apud se explicite & ordinate aliquid concipiunt, nec alteri exprimunt, sed confuse: sed istud non potest poni in angelis. Alter modo ex subtletate concipientis qui simplicius & vniuersalius aliquid concipi, & alii natū sint concipi, in modo oportet quod per multa eis explicetur ad hoc ut intelligant, & hoc modo aliqui conceptus superioris angelii sunt minus expliciti & conceptus inferiorum: nullus autem conceptus inferioris angelii potest hoc modo esse implicitus, vel indeterminatus respectu intellectus superioris angelii, tunc sic locutio sit in angelis per hoc quod conceptus implicitus & indeterminatus manifestatur per conceptum magis explicitum & magis determinatum, sed nullus conceptus inferioris angelii est implicitus, vel indeterminatus intellectui angelii superioris, sed eis sunt ei expliciti & determinati modo quo nunc loquimur (ut patet ex iisdem) ergo secundum hunc modum inferior angelus non loquitur superiori, quod est inconveniens.

<sup>12</sup> Dicendum ergo alterum, quod sicut est duplex verba, scilicet verbum interiorum quod est verbum mentis, & exteriorum quod dicitur verbum vocis, sic est duplex locutio interior & exterior. Ad locutionem exteriorem requiruntur duo. Primum est quod res innoteferat per alteram, res

### Sancto Porciano

enim quae in seipso cognoscitur non innoteferat (vt sic) per loquitionem sicut color qui videtur in pariete. Secundum est quod cognoscatur non per quodcumque alterum, sed per alterum quod est signum & in ratione signi. Cognitio enim unius rei per aliam, ut est res quædam sicut cognoscitur effectus per causam & econseruo, ratione sua habitudinis, vel quocumque alio modo, tali modo non est proprius loquio, sed oportet quod res cognoscatur per signum in quantum est signum quod est dictum vel factum, ut sunt natus monachorum, magis etiam proprius fit loquio per dicta quæ per facta, eo quod verba inter signa obtinent principia, & isto modo loquitur homo homini, potest etiam hoc modo loqui angelus homini formando in aere sonos similes vocibus significatiuis, vel formando corpus in quo faciat natus & signa, sicut faciunt monachi, potest etiam hoc modo loqui angelus angelo, quia angelii nouerunt quid significant voces, natus & signa, sicut nouerunt homines. Ad loquitionem autem interiorem non requiruntur per dicta duo, dicimus enim quod homo sibi ipsi loquitur quando cogitat de aliqua re dato quod illa res non innoteferat ei per quicunque signa, sed solum per suam cognitionem, sed dicitur loqui alteri quando cogitationem suam vel affectionem suam dirigit in ipsum dato quod illa cogitat vel affectio sit secundum se nota illi alteri, sicut hominem taliter orantem dicimus loqui in quantum cogitationem suam & affectionem dirigit in Deum, qui tamē predicta directione nouit quamlibet cogitationem & affectionem hominis, & est aliquid iter simile in locutione exteriori, quia homo dirigens sermonem vocalem ad aliquem dicitur loqui ei & non aliis, quanvis multi sint prelentes qui equaliter loquitionem eius audiunt & cognoscunt. Et per modum istum si unus angelus cognoscit cogitationem & affectionem alterius (ut dicit quædam opinto superius posita) tamen si ex sua intentione dirigit ista respectu aliquis angelus, dicitur ei loqui & non aliis ad quos suam prelētām intentionem non dirigit. Si autē unus angelus non cognoscit cogitationem & affectionem alterius (ut dicit alia opinio) sic difficultas est assignare qualiter unus angelus loquitur alteri, nisi illo modo quo angelus loquitur homini. Nobis autem ad praeferendū aliud modus non apparet.

<sup>13</sup> A D rationem in oppositū respondendum est quod loquitor corporalis & exterioris fit per voces, natus & signa, sed interior per quam homo sibi ipsi loquitur fit per solam cognitionem. Illa autem per quam angelus alii angelō loquitur, fit per solam directionem & ordinationem conceptus sui ad alterum.

### QVÆSTIO TERTIA.

Vtrum angelus unus proficiat in cognitione per alterius illuminationem,

Thom. I. q. 106. art. 1.

<sup>14</sup> P Ostea queruntur utrum angelus unus proficiat in cognitione per alterius illuminationem. Et videtur quod non, quia lumen est quadam forma, sed angelii non possunt immediate inducere formam aliquam (ut videtur sicut dicit 7.) ergo &c.

<sup>2</sup> Ad idem est quod dicit Aug. lib. 7. q. quod mens ratio-

nalis a solo Deo formatur nulla interposita natura.

<sup>3</sup> IN CONTRARIUM est Dion. S. C. cap. hier.

<sup>4</sup> RESPONSO. Circa questionem istam videnda sunt tria. Primū est quid sit illuminatio. Secundum est de quo sit vel fiat. Tertium est per quem modum fiat.

<sup>5</sup> Quantum ad primū secundum est quod illuminatio secundum, quod ad intellectū pertinet nihil est aliud quod quædam manifestatio veritatis. Vnde Apóstol ad Eph. 3. dicit mihi omnium sanctorum minimo data est gratia haec illuminare omnes quæ sit dispensatio sacramenti absconditi a seculis in Deo, & sic illuminat unus angelus alium, dum ei manifestat veritatem quam ipse nouit.

<sup>6</sup> Quantum ad secundum dicendum est quod illuminatio non est nisi de his quæ dependet solum a voluntate diuinæ quæ latentes omnes angelos nisi eis reuelentur, cui cordat auctoritas Apóstoli superioris inducta. Sacra menta enim & mysteria quando reuelantur angelis dicuntur de eis illuminari.

<sup>7</sup> Quan-